UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITV=||TIONVM IVRIS CA-||NONICI LIBRI|| QVATVOR.||

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

Officio Archipresbyteri. xvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62908

Visual Library

Prælatos idem Archidiaconus in sed
locat, g nam missio in possessionē cor
poralem beneficiorum, & dignitatu
eius officij est.h

Non tamen, aut animarum cura
citra Episcopi mandatum committe
potest,i aut in aliquos sententiam pro
mulgare:k aut aliquem extero Episco
po ordinibus suscipiēdis cōmendare
aut in monasterijs iurisdictionem hab
re, nisi consuetudine præscripserit.m
hunc Diaconum esse oporter.n

g *c.vt nostrum.*
h *c.ad hæc.*
i *c.cū satis.*
k *c.Archidiaconis. vbi glo.& doct.*
l *c.significasti.*
m *c.fin.*
n *c.i.de æta.& qualita.*

De officio Archipresbyteri.

Titu. XVII.

ARchipresbyter cęteris Presbyte
ris eminet, ac præest; collectam
indicit, vel is, cui ipse iniunxerit; ho
risque suis in Ecclesia residere tenetur
Episcopo absente vice eius officium
inchoat.

Ipso verò Episcopo solennem mis
sam celebrante sacerdotes monet, v
vestes sacras induant. idē Ecclesiæ Cu
stodem monet, vt det operam, ne in Sa
crario sancta Eucharistia vnquàm de
sit, quæ ægris propinari valeat. Aegro
tantium quoque, & eorum ex diœcesi,
qui ad ciuitatem veniunt, hanc curam

gerit,

gerit, vt præstò sint eis petentibus sacerdotes, quibus possint crimina fateri, ne sine sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ animam exhalent. omnia denique eius officij prouisionem expectant, quæ sacerdotum ministerio perficiuntur, his tamen exceptis, quæ prohibita nominatim sunt: quare ad eum spectabit fontium benedictio, infirmorum sacro oleo perunctio, Pœnitentis ægri consulto prius Episcopo reconciliatio. idem cæteris sacerdotibus pœnitentiam iniunget, horas dicendis officijs partietur, sacrisque diebus, & præsertim Deo dicatis, aut ipse missam solennem dicet, aut alij hoc munus delegabit. itẽ Christianis efficiendis, infantibus baptizandis, & ad succurrendum nihil à sacerdotibus sine Archipresbyteri fiet præcepto.

Archipresbyteri vero officiũ illius, qui municipia aut rura colat, & regat (qui & Decanus dicitur) est curam habere laicorum, & presbyterorum, qui ecclesias minores Archipresbyteratui subiectas, administrant: grauiaque delicta, si quæ inciderint, Episcopo significare, nihil tamen audeat sibi arrogare contra ea, quæ ab Episcopo fuerint de-

creta. Est tamen sciendum quod tam Archipresbyter, quàm vrbanus parem Archidiacono. a Et vtrumque Presbyterum esse oportet. b

a *c. i. & to to titulo.*

b *c. i. de ata. & qua lita.*

De officio primicerij, seu cantoris.

Tit. XVIII.

PRimicerius, qui & alio vocabulo quibusdam appellatur, Cantor seu Præcentor, Archidiacono subest, quemadmodum etiam Archipresbyter: curamque hanc præcipuam gerit, vt Diaconis docendis, reliquisque gradibus & ordinibus ecclesiasticis incumbat: & iuxta consuetudinem Diaconis præscribat lectiones, quę ad nocturna officia clericorum pertinent. a Eiusdem est præfigere, qua hora signum campanæ peluis tinnitu officijs celebrandis dari debeat, & in eis per clericos munia diuidere. Item ordinem & modũ canendi in choro præfigere, pro solennitate, & tempore. &, si qua re basilicis sarciendis opus esse viderit, sacerdotem monere. Ipse Epistolas Episcopi pro diebus ieiuniorum sacerdotibus parochis per ostiarios reddi curabit: clericos, quorũ errores cognouerit, idem coercebit. quos verò ipse coercere non valebit,

a *c. vnico eo. titu.*